

» et officiis ecclesiasticis, quae eos tunc obtinere contigerit, sine  
» spe restitutionis eo ipso sint privati et ipsis ac aliis natis tunc et  
» illis qui postmodum nascerentur, usque ad generationem pree-  
» dictam ad illa quibus sic privati forent ac alias ad ecclesias, mo-  
» nasteria, dignitates, administrationes et officia, aliaque beneficia  
» ecclesiastica et ad quoscumque ordines et honores ecclesiasticos  
» vel mondanos sit penitus preeclusus aditus et ascensus. Et cum  
» salubre existat ac publicae utilitati non parum expedire noscatur,  
» eos sic tunc tot censuris et poenis ligatos a Christifidelium coetu  
» tamquam membra putrida, ne eorum versutiis alios ad eorum  
» perniciem deducant, segregare, universas et singulas Padua-  
» nae, Veronensis, Vicentinae, Cremonensis, Brixensis, Tarvisi-  
» nae, Pergamensis, Trigestinae, Tranensis, Brundusinae, Hy-  
» druntinae, Monopolitanae et aliorum civitatum, terrarum et  
» locorum ditioni eorumdem Venetorum, ut preefertur, etiam  
» de facto obtemperantes communitates, universitates, et quos in  
» eis tempore quo preefati Veneti privationis juris eorum in illis  
» poenam preedictam incurrit, habitare contigerit singulas per-  
» sonas et generaliter quoscumque vassallos eorumdem sic moni-  
» torum dicta auctoritate de simili consilio requirimus et mone-  
» mus, ut infra sex dies a tempore dictae privationis, quorum duos  
» pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro ultimo et  
» peremptorio termino eis et cuiilibet eorum canonica monitione  
» preemissa assignamus, ab eorumdem Venetorum et existentium  
» tunc in civitatibus, terris et locis preedictis pro eisdem potesta-  
» tum, provisorum et quorumlibet aliorum officialium obedientia  
» penitus et omnino quantum in eis est se subtrahant et illos in  
» eorum superiores nullatenus recognoscant, nec illorum mandatis  
» obtemperent quoquomodo. Et si qui eorumdem subditorum et  
» vassallorum in his fuerint negligentes vel remissi, seu alias quo-  
» modolibet culpabiles, in eos et quemlibet eorum omnes et sin-  
» gulas prolatas per preeentes in eosdem ducem Venetiarum  
» ac alias monitos preefatos, excommunicationis, aggravationis,